

1721
6a⁷⁹
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

QVERELA IN OFFICIOSI FRA- TRVM CONSANGVI- NEORVM

QVAM

INDVLTV INCLYTAE FACULTATIS IVRIDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA,

PRAE SIDE

DN.IVST.HENNING.BÖHNERO.IC.

POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSILIIS INTIMIS

PROF. IVR. ORD.

PATRONO SVO OMNI ANIMI SVBMISSIONE COLENDO

PRO LICENTIA

Summos in vtroque iure obtinendi honores, & priuilegia

DOCTORALIA

D. IANVAR. MDCCXXI.

H. L. Q. C.

eruditorum examini submittit

M. IOANNES PAVLVS *Türke*,
ALTENBURGENSIS

HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

DILEXIT QD MARGARITES VIRTUTICAE

DE

QVERE LA
MOFEICIOSI FRA
TRAM CONSANGLIA
NEORVM

INDIVIDUA INCISIOV TACETATIS VIRTUDICAE
IN REGIA RIBERGIVNA

PRÆSID

DIVAST HEININGBOHMBRÖIC
LOTHIASS REG. BORASS A CONSILIIS INTIMIS
PROF. IUL. ORD.

PLATONIS PRO OMNIANIS SENSUATIONES COELENDO
PRO LICENSIAT

PLATONIS IN AVTODICE ISTE APPENDIX HODOTERIS & PISIDIEGIES
SOCRATICÆ

D. IVANIA R. MDCCXXII

M. A. G. C. E

GRATIOTIUM ZUMMELIUM PUBLIUM

M. IO. MINIUS RYAZ. E. G. M.

ULTIBARCIENSIS

LIBRI CHRISTIANI HINCERENSIS VEST. LIBER



DISSE^TRAT^IO IN AVGVRALIS
DE
QVERELA IN OFFICIOSI
FRATRV^M CONSANGVI-
NEORVM.

§. I.



Onstans plerorumque Communis doctrina de
interpretum iuris est traditio, fra- querela frā.
tres germanos & consanguineos soro-trum.
resque querelam inofficioſi contra
fratris defuncti testamentum mo-
uere posse, si turpis vel lenis no-
tae macula laborans persona insti-
tuta iisque prælata eſt, non item v-
terinos per l. 27. C. de inoff. teſtam. Quo planior vero
ſententia huius legis primo aspectu eſſe videtur, eo ma-
ioribus ſubiecta ſcopulis deprehenditur, ſi paulo accu-
ratori examine eius intimas perueluimus rationes.
Quid enim cauſæ eſt, quod excludantur vierini, qui ta- multis inaq-
men paria cum consanguineis iura acceperunt in Nou. 118. luta dubiis.

A

Qua

2 DE QVERELA INOFFICIOSI

Qua de causa tantum fratres querelam mouere possunt turpi persona instituta? & quænam talis est? quæ leuis notæ macula laborans? Denique num tantum hoc pertinet ad fratres *consanguineos*, an vero etiam ad *germanos*? Postulant hæc & similia dubia, vt paulo altius huic querelæ natales euoluantur, progressus ostendantur, & collato iure nouo tandem inquiratur, num adhuc hodie *consanguinei* h. e. eodem quidem patre, dimerita tamen nati matre, ad hanc querelam admittendi, & vtrum *germanorum* & *consanguineorum* circa eam paria sint iura? quod nonnulli etiam in dubium vocant.

§. II.

Origo querelæ inofficiosa ex iure non scripto.

Querelam *inofficiosa* testamenti magis interpretatione prudentum & moribus inualuisse, quam *lege scripta* fundatam fuisse, argumenta a celeberrimis viris, CORNELIO van BYNKERSHOEK lib. II. obseru. iur. Rom. c. 12. IOANNE van de WATER lib. I. obseru. iur. Rom. c. II. HVGONE DONELLO lib. XIX. c. 3. HOTTO MANNO disp. de quar- ta legitim. c. I. adduēta evidenter ostendunt. Qui ad edita pretorum, vel ad L. Gliciam cum GRAVINA de orig. iur. ciu. lib. 3. §. 80. prouocant, omni idoneo destituuntur præsidio, quo caussam suam instruant, nudisque coniecturis inanibus ducuntur. Videlicet LL. XII. tabb. testatoribus latissimam liberrimamque dederant potestate de bonis suis disponendi. Decemuiri enim ita cauerant: *vix quisque rei suæ legasset, ita ius esto.* His verbis illimitatam potestatem, ultima voluntate disponendi, contineri, animaduertebant ICti. Testis est POMPONIVS in l. 120. D. de V. S. verbis legis duodecim tabularum his: *vix legasset reisue, ita ius esto, latissima potestas*

FRATRVM CONSANGVINEORVM. ³

testas tributa viderur, & heredes instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Videbatur hæc lex accommodata esse ad libertatem popularem, qua nihil prius nihil potius habebat populus Romanus. Rationes dominii quiritarii talem potestatem ciuibus indulgebant, & vires patria potestatis, nullis limitibus circumscriptæ, non poterant non insignes ad hanc licentiam accessiones facere, accedente imprimis antiquo testamentorum vsu, in comitiis conditorum, quo his publicam conciliabant auctoritatem, vt vel consensu ipsius populi valerent, quod indicat antiqua formula: *velitis iubeatis quirites &c.* Hoc modo condita testamenta admodum rata erant, vt ex capite *inofficio* rescindi haud possent, cum si vel maxime humanitatem ladeant, *auctoritate* tamen *comitiali* pollebant, & ita his temporibus talis rescissio incognita erat.

§. III.

Nihilominus hæc profusa & amplissima licentia ^{Abrusus ex ni-}
testandi insignes producebat abusus, incommoda, ini- ^{mia licentia}
quitates, quemadmodum in genere nimia libertas ciu- ^{testandi.}
um magis obesse quam prodesse solet rebus publicis &
priuatis. Agnouit id ipsum CICERO lib. XI. epif. 12, O-
mnino est hoc populi. MAXIME QVE NOSTRI, in eo po-
tissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. In-
de enim eueniebat, vt parentes saxe maligne circa san-
guinem suum inferrent iudicium, nouercalibus deleni-
mentis instigationibusque corrupti, vt ICtus fatetur in
^{l. 4. D. de inoff. testam.} maxime cum iam *mylica* conde-
re inciperent *testamenta*, quibus decipi poterant liberi,
fratres, parentes aliisque, qui spem succedendi haberent.

A 2

Arbi-

Arbitrabantur ciues, se eos pro lubitu exheredare posse, quos & occidere poterant, vt PAVLVS in I. u. in s. de liber. & posth hered. insit. rationes subducit, vnde augor, olim sub republica libera ne quidem quartæ legitime ius cognitum, sed vt van. de WATER Lib. I. docet, sub imperatoribus illud demum introductum fuisse, quod quidem negat ANTON. CONTIVS lib. I. lec. subseciv. c. 3. putatque querelam eodem tempore, quo quarta legitima introducta est, invalidisse; sed sine solidi fundamento. Eadem licentia effrenis nouum peperit abusum, quod legatis totum patrimonium exhaustirent, vt heredi præter inane nomen nihil amplius relinqueretur, satente ipso imperatore in pr. I. ad L. Falcid. Et quid dicam de fratribus, parentibus aliisque, quos necessitudo sanguinis ad successionem defunctorum vocabat? hos sepe numero inhumano modo, contra pietatis officium, sine villa iusta causa, a successione excludebant, hominesque pessimæ notæ sordidosque iis præferebant, vel ad minimum extraneos, a lege ad successionem non vocatos. Non peccabant hoc ipso quidem contra regulas iusti; humanitatis tamen regulas adeo violabant, vt quotidianæ querelæ hac de causa fora personarent. Intervim constabat, ratum esse debere, quod a regulis iuris non absolute deuiciabat, nec id, quod *humanitati & equitatique* aduersabatur, ad rescindendum testamentum indeum aptumque esse.

§. IV.

Inde cogito-
tum de remo-
dis testamen-
ta iniquare-
scindendi.

Tandem tamen, tot querelis de *inhumanis & ini-*
quis hisce dispositionibus emergentibus, magis humanitatis
quam stricti iuris ratio habita fuisse videtur. Quamuis
enim

FRATRVM CONSANGVINEORVM.

enim, prout dictum est, sola *humanitatis* violare ratio ad irritandum actum sufficere haud possit, occasionem tamen præbere potest, vt, crescente nimium abuso, paulatim noua præsidia contra eum excogitentur, interpretatione prudentum adiuventur, laudentur, commendentur & moribus tandem confirmentur. Inhumanum erat proximos immerentes præterire & a successione arcerere cognatos: inhumanius parentes & fratres: inhumanissimum vero liberos. Pietatis & sanguinis vinculum hos ad successionem vocabat huius officium violabat, quin nihil tale meritos excludebat, & inde tale testamentum *inhumanum improbum & inofficium ex merito* vocabatur, quod quidem *iure stricto* validum ratumque, sub colore gradum iuris moralis improbe tamen conditum erat. Hanc *imprietatem* ICel lib. 5. Tusc quest. *furori æquiparandam esse censueret, nec enim atrabilis* solum *mens, sed etiam iracundia grauiore vel timore vel dolore mo- uetur, quo gene furere dicuntur homines, vt ait CICERO* quod ex eiusmodi exemplis apud VALERIVM MAXIMVM lib. VII. 2. 7. plus declaratur, *Quin quod quodus scelus, & impie- tas furor moralis recte dicatur, si inordinatum & peruer- sum voluntatis pruritum intuemur. Id ipsum rursus CICERO orat. in L. Pison. his declarat verbis: sua quem- que fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de san- rate & mente deturbat: he sunt impiorum furiae, he flam- me, he faces. Inde interpretatione prudentum paulatim obtinuit, vt talia testamenta impia, quasi a furioso facta, dicerentur, & eorum rescissio a centum virili iudicio, quod de hereditatibus ius dicebat, vrgeretur, &, suadente singulare æquitate, nonnunquam impetraretur, vt *ius strictum ex humanitati* temperaretur. Præsto sunt eiusmo-*

quæ declarant, impia talia testamenta auctoritate centumuirilis iudicij rescissa fuisse. Tale testamentum inhumanum M. Anneius a patre præteritus apud centumuiros rescidit, quod quidem auctoritate Pompeii magni, eius signatore, nitebatur; sed *arclissimum*, ait **VALERIVS**, *inter homines procreationis vinculum, patris simul voluntatem, & principis viri auctoritatem superauit*. Simile quid constituit **AVGVSTVS** in **TETTIO**, quoniam Tettius in proprio iure procreato filio summa cum iniuitate paternum nomen eiuerterat, ut locum **VALERII** emendat **LIPSIVS**. Pari ratione Terentius a filio ex heredatus rescisionem testamenti obtinuit. *Mouit Pisoneum prætorem, patria maiestas, donum vite, beneficium educationis: seu aliquid etiam flexit circumstantium liberorum numerus quod cum pare septem fratres IMPIE exhereditatos videbat.* Alia huius farinæ improba testamenta adducuntur a **VALERIO** cit. l.c. 8. quæ tamen rata manlere, quod hi, quibus iniuria facta erat, eam æquo potius ferre animo quam iudicio contendere malent. *Æbutiæ tabulae plena furoris fuisse dicuntur, in quibus alteram filiam instituit, alteram vero sine villa iusta causa exclusit, quas haec tamen impugnare recusavit, eo se ipsa indigniorum iniuria offendens quo eam æquiore animo sustinebat.* Non leuis enim videbatur iniuria liberis aliisque hereditibus illata, si hereditas lege debita, sine villa iusta causa, iis adimeretur, quam naturalis charitas commune votum parentum & sanguinis necessitudo iis deferebat. l.8. pr. de inoff. testam. Pompeius Rheginus testamento fratri præteritus erat, *instituti vero heredes neque sanguine patris pares, neque proximi: sed & alieni & humiles: ut non*

FRATRVM CONSANGVINEORVM. 7

non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset, nihilominus tamen multum ac diu inter assentientes indignationis sue amicos quæstus quod ad hæc iudicium attinuit, cineres frarris quietos esse passus est, victoriæ sine dubio obtenturus, si contendere voluisset.

§. V.

Inde natales suos querela inofficiosi testamenti accepti, inde sine dubio dicta, quod inique exclusi aut præteriti conquererentur de iniuria sibi facta, de testamento contra pietatis humanitatis & officii regulas condito, immo de ipso furore maroli defuncti. Hunc in finem hoc colore vtebantur exclusi, quasi defunctus non fuisset sanæ mentis, cum testamentum condidisset, & eo sub obtentu rescissionem testamenti impetrabant ex æquo & bono. Pedetem hæc querela in meliorem formam redacta & variis aucta legibus, vt non amplius ab arbitrio centumuirili*z* iudicij deponderet simpliciter, sed ex legum auctoritate & circumscripta forma subsisteret.

§. VI.

Hac constituta, restricta paulisper fuit facilitas admittendi querelas hasce, cui nimium quandoque indulsisse, un ex equitate cerebri. evidentur centumuiriri ex quadam cerebrina æquitate, ceu na extensa a nonnulla exempla apud VALERIVM lib. 7. c. 8 docent. indicio centumuirili*z*. Obseruat id ipsum quoque IOANNES VAN DE WATER cit. l. c. 12. &c., eousque, ait, profusa iudicium sub primis imperatoribus in admittendis querelis facilitas se porrexit, vt sanguine remotores, immo nullo sanguinis vinculo nexi, si de testante se bene meritos vel propensam eius voluntatem licet nudis & vix seruis verbis aliquando prolatam rite probassent, hereditatem institutis auocare potuerint. Nouus hic abusus,

ex

8 DE QUERELA INOFFICIOSI

ex iudicium cerebrina aequitate nonnunquam deductus legibus merito circumscribendus fuit. Paulo liberius arbitrium iudicibus, more iam inueterato, datum erat, quo non poterant non abuti, qui sub praetextu *violatæ humitatis aequitatisque amico* gratificari volebant. Ad hos motus inordinatos compescendos necessarium fuit legum frenum, quo ad certos limites coerceretur iudicium audacia. Videtur autem primo querela tantum fuisse restricta ad heredes legitimos ab intestato, & quidem in primis ad proximiores. Iam tempore VLPANI ultra fratres & parentes querela rarius admissa. Ita enim in l. 1. D. de inoff. testam. Sciendum est, frequentes esse inofficiose querelas: omnibus enim tam parentibus quam liberis de inofficio licet disputare. Cognati enim proprii, qui sunt ultra fratrem, melius facerent, si se sumtibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non haberent. Non absolute ius, querelam mouendi, denegat, ceteris consanguineis ICtus, quin potius presupponit, legem quidem prohibitiuam desse, interim varias difficultates occurrere, quibus obsepti rarius eo tempore superiores in lite exifferent. Parcius iam remotioribus querela indulgebatur, & non nisi concurrentibus singularibus aequitatis rationibus dabatur. Idem VLPIANVS in l. 9. 6. d. inoff. testam. posthumo etiam hanc querelam dari ait intuitu testamentorum eorum, quibus suis heres vel legitimus potuisset fieri, si in utero fuerit mortis eorum tempore. Addit vero: sed & cognatorum, quia & horum ab intestato potuit bonorum possessionem accipere. Fratres nomine cognitorum intelligentes esse, communiter aiunt; verū quin etiā alios proximiores hac appellatione ICt⁹ significare potuerit, ratio adducta docet. Tandem rescriptis principum adeo restri-

In de restringi
cepit.

ta,

FRA TRVM CONSANGVINEORVM. 9

cita, vt remotiores ab illa exclusi fuerint. Tempore *DIO-*^{ad fratres.}
CLETIANI & MAXIMIANI enim ultra fratres nemo am-
plius ad querelam admissus est, cœl liquido monstrat *I. 21.*
C. de inoff. test. anno 244. lata vbi ita: *cum nemo eorum,*
qui ex transuersa linea veniunt, exceptis fratre & sorore, ad
*inofficio*li* querelam admittatur.*

§. VII.

Illud olim parum referebat, quinam essent instituti, *Dabatur olim*
honesti an turpes; sufficiebat, hos præter meritum esse *querela indi-*
exclusos, quibus successio ex lege debebatur. Etiam *finitie contra*
fratribus & sororibus *indistincte* hæc querela dabatur, *quoscunque*
quamvis iniuria eo grauior & intolerabilior esset, si ho-
mines sordidi, & turpisimi iis essent prælati, vt recte ob-
seruant *VAN DE WATER* cit. *I. c. 12.* & *HERTIUS de fra-*
tris Germani querela adv. *quoscunque* sed. *II. §. 3.* Qua de
causa in *I. 5. & 21. C. de inoff. testam.* non sit mentio turpium
vel maculatarum personarum institutarum, quamvis
de fratribus & sororibus utraque lex disponat, cum eo
tempore non illud, quis esset institutus? sed potius hoc
quis præter meritum exclusus? quarebatur. Nec enim
latis fundata est coniectura *JACOBI GOTHOFREDI ad*
I. 1. & Theod. de inoff. testam. arbitrantis, fratres non aliter
ante *CONSTANTINVM.* admissos fuisse, quam si
seruus, vel extraneus vel non municeps institutus fuerit.
Colligit hoc ipsum ex *I. 31. §. 1. D. de inoff. testam.* vbi ICtus
ita: *quantum ad inofficio*li* liberorum vel parentum querelam*
pertinet, nihil interest, quis sit heres scriptus ex libris an ex-
traneis, vel municipibus. A contrario sensu inde concludit, *Etiā quoad*
fratres exclu-
*so*s*.* *A contrario sensu inde concludit, Etiā quoad*
fratres exclu-
*so*s*.* *quoad fratres, multum interesset, quis heres scriptus sit,*
quod horum non fecerit mentionem. Enim uero quod

B

tan-

tantum liberorum & parentum mentionem fecerit ICtus, inde non statim fratres excludere voluit; ne dicam argumenta talia minus concludere. Aliud præsidium quærit GOTHOFREDVS in l. 24. eod. que de fratre agente loquitur, supponitque casum, si heredes scripti diuersi iuris fuerint h. e. prout exponit GOTHOFREDVS si liber cum seruo, ciuis cum peregrino, municeps cum non-municepe instituti fuerint. Eiusmodi vero personas diuersi iuris in cit. l. non necessario presupponendas esse, iam obseruauit VAN DE WATER cit. c. 12. p. 71. cum diuersi iuris persona recte dici possint frater & extraneus. Quid enim, si frater natu minor & extraneus fuerint instituti, fratre natura maiore excluso? Contra extraneum quidem obtainere poterit frater exheredatus non æque contra fratrem; cum per illius, non huius institutionem Iesus fuerit, & inde euenerit, vt pro parte testatus & pro parte intestatus testator deceperisse videatur. Diuersi enim iuris recte dicuntur qui diuerso iure gaudent, quales sunt heredes legitimi & extranei in hac de inofficio doctrina Conf. l. 15. §. 2. d. in off. testam.

§. VIII.

Sicut itaque querela hæc introducta est in fauorem eorum, quos lex ad successionem vocabat, a qua per iniuriam erant exclusi, ita simul liquet, eo ordine quoque conquerentes admissos fuisse, quo ad successionem vocati essent. l. 6. §. 1. d. in off. testam. Nec enim de iniuria sibi facta conqueri poterant, qui ne quidem, tabulis non extantibus, succedere poterant, ideo, quod a proximioribus excluderentur. Inde prima causa sine dubio erat et primo qui liberos suorum: emancipatis directo querela non datur,

Querela competebat secundum ordinem & ius successioni ab intestato.

& primo qui dem liberis.

FRATRVM CONSANGVINEORVM. ii

barur, quod iure *civili* non succederent: beneficio prætoris tamen admitti poterant, accepta bonorum possessione *litis ordinandæ gratia*, qua demum ius succedendi ex iure prætorio consequbantur, qua suis minus necessaria erat, quod ab intestato a lege iam essent vocati. *I. 7.*
I. 8. D. de inoff. testam. Prætor demum emancipatos reddebat capaces successionis, & data bonorum possessione efficiebat, ne iis conquerentibus amplius obici posset, sibi nullam factam fuisse iniuriam per exclusionem, & consequenter locum querelæ haud esse. conf. AVERA-
NIVS lib. I. interpret. iur. c. 8. n. 14. sqq. Liberis defienti- Deinde fra-
bus fratres statim admissos fuisse arbitror, quod hi ante tribus & pa-
rentibus parentes succederent, vt liquet ex pr. *I. quib. non est permitt.*
I. f. C. comm. de success. post suos enim statim consanguini vocabantur, vt docet *ICtus in I. 1. §. 9. de suis & legit. hered.* Quoad parentes tamen erat quadam diuersitatis ratio, vtrum *suis* an vero *emancipatus* deceperisset? Illo decedente ab intestato: *nullis liberis vel fratribus superstribus,* ad parentes eius pertinebat peculium castrense & quasi castrense iure quodam postliminii. *I. pen. §. 3. de castrensi pecul.* Et hoc est, quod dicitur in *I. 15. pr. d. inoffic. testam.* quod *et si parentibus non debeatur filiorum hereditas,* iure scilicet succedendi ordinario, turbato tamen ordine mortalitatis non minus quam liberis pie relinquendi debeat, eo scilicet modo, quo bona filiorum pater olim capere poterat. Emancipato vero mortuo, pater exemplo patroni iure prætorio defientibus defuncti liberis naturalibus, succedebat, *I. 1. pr. D. si. a par. quis manumis.* & ita *exhaeredatus*, accepta itidem bonorum possessione *litis ordinandæ gratia*, ad querelam admittebatur, eo ta-

men ordine, quo iure prætorio vocatus erat, de quo vidit. *I. de success. libert.* Hæc eadem ratio quoque faciebat, ut successorio edicto locus esset in querela, si proximior noller aut non posset accusare. *I. 31. pr. D. de inoff. testam.*
Admissio edito successorio. *VINNIUS lib. I. select. quæst. c. 2.* Illustrat hoc *PAPINIANVS* in *I. 14. D. eod.* exemplo patris, qui filium emancipauerat, retento ex eo nepotem. Hic postea alio filio suscepito, duobus exheredatis, patre præterito, vita decessit. Hoc casu liberorum causa præcedebat, & patris intentio adhuc pendebat. Quodsi enim contra filios, probata ingratitudine, iudicatum fuerit, pater ad querelam vocabatur, & suam intentionem implere poterat. Hoc casu vero *iure proprio* querelam mouebat sequens: quandoque etiam *iure transmissio*, si exheredatus, preparata querela, decedebat, quam heres *ex persona defuncti* continuare poterat, *I. 6. inf. I. 7. D. I. 5. & I. 34. C. d. inoff. testam.* licet alias *iure proprio* ad querelam admitti haud potuerit.

§. IX.

*Per querelam
intendatur
successio ab
intestato.*

Dictum est ex *I. 14. d. inoff. testam.* patrem, filio a querela remoto, suam intentionem implere potuisse. Quorsum vero hæc intentio tendebat? fine dubio successionem ab intestato pro scopo habebat, a qua exhereditatus inique & sine iusta causa exclusus erat. Qui ergo agebat, vnicce hanc successionem intendebat, sicuti ab agendo repellebatur, cui omnis spes succedendi ab intestato ademta erat. Quæ cum ita sint, merito in horum castra transeundum esse iudico, qui hanc querelam *erat petitio* petitionem quandam hereditatis esse arbitrantur, negantque, hac querela tantum rescindi testamentum, & eo

*Offensa querela
erat petitio
hereditatis.*

re-

relicfio, ageendum adhuc esse hereditatis petitione, quam sententiam ut veriorem amplectuntur VNNIVS lib. I. selec. quest. c. 19. AVERANIVS cit. l. n. 5 SCHULDING. in iurisprud. ante*i.* ad Iul. Paulsent. lib. 4. tit. 5. §. 4. p. 396. WESENBEC. ad tit. Cod. de inoff. testam. n. 2. Quid enim aliud intendebat actor, quam ut relicfio testamento ab intestato succederet? adeoque si testamentum *in officio sum* iudicatum esset, statim bona defuncti actori adiudicabantur, ut auctor est VALERIVS MAXIMVS lib. 7. c. 7. Hac de causa qui testamentum dicit *in officiosum*, hereditatem petere, l. 8. §. 8. de inoff. testam. & euincere l. 21. inf. eod. imo vindicare l. 27. §. 3. eod. & denique hereditatis petitionem exercere in l. 20. eod. vel etiam hereditatis petitionem ex nomine de *in officioso* constituere in l. 34. pr. C. d. inoff. testam. dicitur. Quoniam qui hoc proposito accusationem instruit, agnouisse successionem ipso facto non immerito videtur. l. 14. D. de honor. poss^{it}. Et quid aliud est, testamentum arguere *in officiosum*, quam allegare, se per iniuriam & immerentem a successione ab intestato exclusum? hanc vnicē intendit, petit, vindicat, & ob hanc vrget rescissionem testamenti.

§. X.

Quae huic sententiae obici possunt, plena manu *Argumentum* adlata sunt a Dn. COCCIO in iur. controu. ad tit. de inoff. ^{contrarium}
testam. qu. 2. sed a VNNIO aliisque iam reiecta sunt. ^{primum, quod}
Palmarium inter cetera hoc videtur argumentum esse, ^{heres scri-}
quod heres scriptus non possit dici pro herede vel pro pos- ^{ptus non possit}
seffore, possidere, cum verus secundum leges sit heres, ^{dici pro her-}
non putatiuus. Enim uero hoc ipso, pro herede possi- ^{de possidere,}
dere dicitur, quod *improbissimus* heres sit, vt ait VVLE-

RIVS MAXIMVS lib. 7.c. 7. & contrapietatem, aequitatem & humanitatem legitimo heredi prætextu tabularum hereditatem præripere intendat; imo eo respectu, quo testamentum ut inofficium arguitur, non est heres verus, sed iniquus hereditatis alienæ detentor. Id SEVERVS & ANTONINVS in l. i. C. eod. fassi sunt constituentes, heredem scriptum perinde teneri, ac si pro herede vel pro possessore posidaret. Aiunt porro dissentientes: hereditatis successio tatis petitionem esse vel ex testamento vel ab intestato; ad tum ex testamento, neutrā classēm vero hanc querelam referri posse, non ab intestato, quo exclusus est actor: non ab intestato, quod successionis huius, tabulis extantibus, nulla ratiō fit. Ego vero assero hanc petitionem sese fundare in successione ab intestato vel bonorum possessione, quod vel inde liquidum est, quia emancipati, antequam agerent, bonorum possessionem litis ordinandæ gratia impetrare cogerentur, vt successionis ab intestato hoc modo capaces redderentur. Præterea qui agit, id ipsum virget, quod tabula furoris plene sint, quodque per iniuriam a successione ab intestato exclusus sit; tabulis autem eiusmodi furore plenis extantibus, successio ab intestato in effectu non ademta videtur. Vrgent porro dissentientes: alio ordine querelam dari & alio deferri successione ab intestato: id vero, saltim iure veteri, quo hæc querela introducta est, falsum esse, supra iam obseruaui, ostendique eodem ordine dari querelam, quo ab intestato succeditur. Vtrum vero hoc ipsum iure nouo mutatum fuerit, ex infra dicendis apparebit.

§. XI.

Nouum argumentum quod Speciosior hæc est obiectione, quod actori in hac querela

FRATRVM CONSANGVINEORVM. 15

rela vincenti non adiudicetur hereditas, *l. 6. s. 1. d. in off. te-
 s. tam.* nec qui totam querelam habuit, & in ea obtinuit, to-
 tam consequatur hereditatem *l. 19. eod. id* quod tamen fie-
 ri deberet, si querelæ huic inesset hereditatis petitio. Ego
 vero hoc argumentum inuertendum, & afferendum esse
 iudico, omnino in hac querela hereditatem ab intestato
 adiudicari, cum eam petat, euincat, vindicet. Hoc in-
 nuit ICtus in *l. 7. §. 1. de hered. perit.* vbi hæc duo coniun-
 guntur: *dicens suscepturn sè de inofficio testamento in-*
dicum & petiturum hereditatem. Nec PAVLVS in *l. 17. pr.*
de inoff. testam. aliter philosophatur, quin potius præsup-
 ponit, per hanc querelam hereditatem adiudicari vi-
 ctori. Referam speciem ibidem propositam, quæ hanc
 illustrabit sententiam. Pater duos filios, quos tantum
 habebat, ex heredauit, instituta eorum nouerca: alter
 eorum egit querela inofficiosa, & alter abstinuit. Quid
 si ergo ille obtineat? an victoria hæc quoque profitei, qui
 querela abstinuit? Ratio dubitandi his continentur ver-
 bis: *quia rescisso testamento, alter quoque ad successionem*
vocatur & ideo vniuersam hereditatem non recte vindicasset.
 Vindicauerat itaque vniuersam hereditatem frater ex-
 heredatus per hanc querelam, eaque illi, si obtinebat, ad-
 iudicanda erat. Hoc innuit ratio decidendi hæc: *hic si*
obtinuerit, vetetur rei iudicati exceptione, contra fratrem sci-
licet, querelam haud mouentem, & tamen ex postfacto a
fratre victore hereditatem pro parte dimidio petentem.
 Quomodo enim hac exceptione uti potuisset nisi vni-
 uersa hereditas ei esset adiudicata a contumuis? quod
 etiam indicant verba sequentia: *quasi centumuiri hunc so-*
lum filium in rebus humanis esse nunc, cum facerent intesta-
tum

in bac quere-
 la non adiu-
 dicetur here-
 ditas vin-
 centi,

tum (defunctum scilicet, per adjudicationem hereditatis ab intestato) crediderint.

§. XII.

Explicatur 1. Neque vero contrarium colligi potest ex l. 6. §. 1. de 6. §. 1. d. inoff. testam. cuius species hæc est: Si quis ex his personis testam. que ad successionem ab intestato non admittuntur, de inofficiosegerit, (nam olim etiam amicos & benefactores quandoque egiſe docet VALERIVS lib. 7. c. 8.) nemo enim eum repellit (licet adfuerit filius exhaeredatus, qui potuisse interueniendo enim repellere, id quod tamen neglexit, non animo repudiandi, sed quod forsitan aliter impeditus esset) & casu obtinuerit, quia centumuirorum arbitrium nimis laxum erat, ut quandoque casum pro amico addmitterent. Queritur iam quid iuris? an hereditatem retinere poterit, quam obtinuit rescisso testamento, per querelam? Id enim erat consequens victoriae obtentæ, adeoque necessario presupponi debet, ei hereditatem adiudicatam immo traditam fuisse. Quia tamen postea filius, quasi e somno excitatus, vindicata a victore hereditatem & sibi exceptionem rei iudicatae non obesse posse, allegat, quæstio nota fuit quid iuris? Respondet ICTUS, non prodeste victori victoriam, sed his, qui habent ab intestato successionem, num intestatum patrem familias fecit. Neque enim rei iudicatae exceptio ei opponi poterat, qui non egerat, nec victor hereditatem retinere, quod nullam sucedendi ac intestato facultatem haberet, quin potius ea his restituenda, qui, postquam testator intestatus factus est, ab intestato succedere possunt. Neque porro præsidium dissentientibus præbet PAVLVS in l. 19. eod. cuius species hæc est: mater decedens extraneum ex dodrante heredem

Explicatur 1.
19. de inoff.
testam.

FRATRVM CONSANGVINEORVM. 17

redem instituit, filiam vnam ex quadrante, alteram præterit: haec de inofficio agit, & obtinuit. Quæritur quomodo filia scriptæ succurrentum sit? Ratio dubitandi duplex erat, quæ filia scriptæ magnopere obstabat. Prima erat, quod filia præterita egerat contra extraneum & sororem, adeoque dici seu obici poterat, eam, quæ omis- sa est, etiam si totam hereditatem ab intestato petat, (quod per querelam ab ea motam siebat) & obtineat, quia testamento vt inofficium rescindebatur, solam habitu- ram vniuersam successionem, quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem. Respondet vero ICtus: sed non est admittendum, ut aduersus sororem audiatur, agendo de in- officio. Hæc verba ostendunt, sororem omnissimam tan- tum egisse de in officio, &, vt antecedentia declarant, to- tam hereditatem ab intestato ea querela potuisse, & obtinuisse. Ita vero intelligendam esse sententiam putat ICtus, vt tantum victoriam obtinuerit contraextraneum, non con- tra sororem, per cuius institutionem non erat lœsa. Altera ratio, quæ filia scriptæ obstabat, hæc erat, quod adeundo hereditatem maternam ex testamento, censere- tur renunciasse successioni ab intestato. Respondet ve- ro recte ICtus: dicendum est, non esse similem, omittenti eam, quæ ex testamento adiit. Probat hoc ipsum eo ar- gumento: nec enim, quæ ex testamento adiit, quod putat valere repudiare legitimam hereditatem videtur, quam qui- dem nescit sibi deserri, id quod in sequentibus ulteriorius de- clarat, & tandem concludit: Ex quibus appetit non recte totam hereditatem præteritam, quæ de inofficio agit, VINDICARE, cum rescissio testamento etiam institutæ saluum ius sit adeundæ hereditatis ab intestato. Sic itaque ex hoc

C

tex-

textu plus quam manifestum est, executionem sententiae in querela latæ esse restitutionem hereditatis ab intestato, nec necesse esse, ut duplici remedio hic agatur, querela, scilicet, ut remedio quodam preparatorio, & hereditatis petitione, cum hæc illi insit, & executio in illa deficeret, ni statim absque ullo nouo remedio in ipsam hereditatem illa possset fieri. Hæc vel ideo plenius explananda fuere, ut constaret, hanc querelam non tantum sequi ordinem succedendi ab intestato, sed etiam eandem operari, id quod insigne nobis argumentum præbebit in querela a fratribus consanguineis mouenda.

§. XIII.

Fratres vterini a querela l. 21. C. de inoff. test. anno 294. latam, querelam ultra fratres & sorores in linea transuersa non tuisse extensam, specialius nunc indicandum est, quid postea per nouas leges circa querelam fratrum immutatum vel declaratione quadam illustratum fuerit? CONSTANTINVS in l. 1. C. Theod. de inoff. test. declarationes duas additit, quarum altera ex iure antiquo fluxit; altera vero nouum plane ius constituit. Per primam fratres vterinos ab inofficiosi querela arcuit, non alia de causa, quam quod essent cognati, de iure ciuili a successione legitima, quæ solius agnationis rationem habebat, prorsus exclusi, cum tamen non alii querela competeret, quam quibus successio ab intestato attributa est. Ceterum quamvis vterini fratres ex edicto prætoris, unde cognati, succedere possent, ea tamen successio iis ad querelam mouendam non proderat, quia, omnibus demum agnatis deficientibus, huic edicto locus erat. pr. I. de success. cognat. Quia vero

Quod successio legitima iis effe dene gata.

ro post fratres germanos, agnatorum nulli ad querelam admittebantur, qui tamen *fratres vterinos* in successione præcedebant, nec *vicerini* audiendi erant, si vel maxime, agnatis omnibus deficientibus, ex *edicto prætoria* bonorum possessionem impetrare potuissent, si defunctus intestatus decessisset.

§. XIV.

Eandem constitutionem quoque *IVSTINIANVS* *inflaminans in Codice* repetitæ prælectionis & quidem in *I. 27. de in-*
off. testam. *repetit,* verum, more *Tribonianus* *visitato, in*
quibusdam immutauit, ne dicam corruptit. Primum *in bac constituta-*
est, quod sororum vterinarum quoque mentionem fece-
ris, easque ab inofficiis querela repellendas esse volu-
erit: vt ut enim etiam sororibus concessa sit querela per
I. 21. C. eod. id tamen intelligi duntaxat poterat de his,
quæ ab intestato succedere poterant, quales erant ger-
*manæ, h. e. eodem patre natæ, quo mediante *consanguini-**

tatione & *agnationis* ius consequebantur, & sic quoque suc-

cessionem. §. 3. I. de legit. agnat. success. Ceterum soro-

res vterinae eo ipso iam exclusæ erant, quo *fratres vteri-*

ni repulsi. Secundum est, quod *germanos* hic vocet

consanguineos, cum in genere agnati *consanguinei* vocen-

tur, §. 1. I. de legit. agnat. success. quæ diuersa appellandi

ratio tamen interpretibus iuris nouam dubitandi ansam

præbuit, de qua mox dicam. Denique ultimum, quod

hic quidem commemorandum esse arbitror, concernit

clausulam iu *Cod. Theod.* relataam: *agnatione durante, quæ*

eo tempore necessario addi debuit, quod tota succeden-

ti ratio ab *agnatione* dependeret, qua per capitis dimi-

nitionem, etiam minimam, sublata, succellio quoque

euanescerat, & consequenter ius mouendi querelam contra testamenta inofficiosa. Hanc clausulam immutauit TRIBONIANVS in l. 27. tit. & loco eius hanc substituit: *durante agnatione vel non*, quod ideo factum esse, iudicat IACOBVS GOTHOFRED. in not. ad cit. l. C. Theod. quia differentiae *agnationis & cognitionis* iam sublatæ fuerint. Id vero omnino erroneum esse vel inde liquet, quod per totum Codicem fere in plerisque adhuc hæc differentia superfit, & insuccessione attendatur, quodque ea demum in nou. u. 18. sublata fuerit. Ipse Imperator in §. 1. I. de success. cognat. ius antiquum adhuc recensethis verbis: *Agnati capite diminuti, quique ex his progenitis sunt, ex lege XII. tabb. inter legitimos non habentur, sed a praetore tertio ordine vocantur.* Vnicam ex iure nouo, post CONSTANTINVM introducto, addidit limitationem: *exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anastasiana cum fratribus integri iuris constitutis vocat ad legitimam fratris hereditatem.* conf. l. 4. C. de tut. legit. l. ii. C. de legit. hered. THEOPHILVS in parapbr. græc. ad tit. de success. cognat. §. 1. Hæc sine dubio ratio fuit, quæ mouit imperatorem, ut secundum legem Anastasianam hanc clausulam quoad fratres & sorores immutaret, postquam successioni fratrum, ex iure quodam speciali & mero priuilegio, agnatio per emanicipationem sublata nullum amplius adferret preiudicium. Substitut ergo adhuc IVSTINIANVS in regula a primordio huius querelæ visitata, quod eo ordine & iure querela competit, quo succeditur ab intestato, ut tamen quoad fratres quodam restrictio adiecta sit.

§. XV.

§. XV.

Hanc restrictionem nouiter induxit **CONSTANTI-** Fratris in que-
NVS M., eaque ipsa prorsus nouum ius constituit. Fal- rela non con-
lere enim **GOTHOFRED V M**, fratres ante hunc impera- tra quoscum-
torem non contra quoscumque institutos heredes hanc que sed tan-
querelam mouere potuisse existimantem, iam supra ob- tum turpes
seruauit. Hanc vero facultatem demum fratribus ade- heredes scribi-
mit **CONSTANTINVS**, eosque tum demum audiendos pros datur,
esse censuit, si instituti illisque prelati, *quibus inustis*
confliterit esse notas detestabilis turpitudinis. Non quidem
olim inde testamenta *improba & inofficiosa* habita fuere;
par tamen est credere, eo maiori illa fuisse exposita
odio, si abiecti, sordidi nefandique nebulones heredibus
ab intestato fuere in successione prelati, & ita eo facilius
rescissa ceu declarant exempla apud **VALERIVM MA-**
XIM V M lib. 7. c. 8. Ut vero facilitati, qua sapienter numero
centumuiri ad rescindenda testamenta ducebantur, oc-
curreret Cæsar, ad eum casum restrinxit querelam, qui
auget iniuriam fratribus illatam, & omnem pro heredi-
bus scriptis & testamentorum vigore fauorem tollit,
Quid enim iniquius est, quam, naturali succedendi ordi-
ne posthabito, maleferiato shomines & dedecore publico
adspersos heredes scribere, odio publico expositos foue-
re, atque talen iniuriam fratribus illatam relinquere in-
ultum? Repetiit eandem declarationem **IVSTINIA-**
NVS in cit. l. 27. sub nomine **CONSTANTINI** & con-
tra tales tantum heredes querelam admisit, *qui infami-
vel turpitudinis vel leuis note macula adspersi sunt.*

§. XVI.

Sine dubio **TRIBONIANVS** hanc formulam hau- *Quinam leuis*
C 3 *fit nota macula*

*ad spes di-
cuntur.*

fit ex L.3. C. Theod. de inoff. testam. in qua repetit, fratribus querelam tantum permisum esse, cum heres *infamie aspergitur virtutis, omniaque fratribus tradi, quæ per turpitudinem vel aliquam leuem notam capere non potest insitutus.* Infamia quinam laborent, noto notius est. *Ait notare quid: leuis nota quæ fuerit, paulo obscurius.* Dicebantur olim censores *notare*, quia in famibus & dedecore publico adspersis in censualibus tabulis notam apponebant, ut ignominia eo illustrior fieret vid. L.1 v. lib. XXXIX. c. 4^o. Inde *nota turpitudinis, nota leuis vel macula notæ leuis ignominiam & infamiam olim denotabat.* P. Furium CICERO erat, pro C. Rabini, vocat hominem omnibus *insignem notitiae turpitudinis.* Catalinam vario maculatum scelere Orat. l. in eundem ita depingit; *quæ nota domesticæ turpitudinis non iniusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non habet infamie.* Idem erat, pro P. Sextio meminit *notationis censoris*, & orat. pro cluent. infamem *censoriae seueritatis nota inuriæ* ait. Leui ergo nota maculati dicuntur, quibus cohæret dedecus infamie vel turpitudinis. Ceterum quia CONSTANTINVS in cit. l. disertis addit verbis, omnia fratribus esse tradenda, *quæ per turpitudinem aut aliquam leuem notam capere non potest insitutus*, an fam dubitandi id ipsum præbuit, vtrum Imperator his verbis primario respexerit ad L. Papiam Poppeam, quam interdicta coniugia Senatoribus, cum libertina, eaque muliere, quæ ipsa cuiusue pater materue artem ludicram facit, vel fecerit, vel quæ palam corpore quæstum fecit, quia etiam hæc iis imposita est poena: *ne hereditatem, quæ eis lege obuenierit, legatumque ipsi coniuges, neque in ter se quicquam caperent.* vid. GOTHOFRED. in quat. son-

*An impera-
tor respxerit
ad legem pa-
piam pop-
peam.*

tib. iur. ciu. p. 276. *Enim vero quo minus in hanc transire possim sententiam sequentes obstant rationes: 1) quia hac ratione lex CONSTANTINI tantum ad eos esset restringenda, qui interdicta eiusmodi & probrofa iniis- sent matrimonia, quippe qui demum hereditatem capere non poterant, id quod generalitati verborum repu- gnat: 2) quia si ad eos lex esset restringenda, qui ob L. Papiam poppæam nihil ex testamento capere possunt, querela inofficiosi nequidem fratres indiguiscent, quin potius tales heredes pro non scriptis fuissent habendi: dicuntur enim *incapaces*, qui ex testamento capere non possunt, quorum institutio nullius est momenti: 3) ne- quidem anno 332. quo CONSTANTINVS constitutio- nem illam in l. 3. C. Theod. de inoff. testam. edidit, usus ali- quis legis Papiae poppæa superfuisse videtur, reuocatus demum anno 336. in l. 1. C. de natural. liber 4) verba cit. l. 3. omniaque fratribus tradi. quæ per turpitudinem aut ali- quam leuem notam capere non potest institutus, ad effectum querelæ, qua rescinditur testamentum, pertinent, quia, rescisso testamento, institutus hereditatem capere non potest: 5) non necesse fuisset libertorum speciatim face- re mentionem, quippe cum quibus disertis verb's ma- trimonium inire lege Papia poppæa vetitum erat. De his vero vel ideo dubitari poterat, quod inter *infames* proprie loquendo referri non possent; interim, quia ex pristina seruitute, vnde manumissi erant, nota adhuc quædam iis in hærebat, iniquum visum fuit CONSTAN- TINO, eos fratribus præferri, maxime, quod hoc secu- lum libertis admodum inimicum fuerit, vt docet g. o.*

THOFREDVS in comm. ad cit. l. 3.

§. XVII.

§. XVII.

*Quidam ad-
buc hodie ger-
manos contra
quoscunque
querelam
concedunt.*

Quoniam vero CONSTANTINVS tantum germanos ad hunc querelam contra scriptos turpes heredes quoscunque easque IVSTINIANVS in l. 27. cit. consanguineos admisit, easque vocavit, quidam in eam prolapsi sunt sententiam, vt hanc nouam constitutionem tantum ad consanguineos stricte dictos restringendam, germanos vero, vtrumque parentem communem habentes, contra quoscunque heredes admittendos esse crederent. Primus, quantum ego quidem memini, fuit B. HER TIVS, qui anno 1705. de fratribus germani querela inofficiosi aduersus quoscunque edisseruit & scđ. II. hanc sententiam defendit. Premittit, olim fratres contra quoscunque querelam mouere potuisse, quod supra etiam euictum: addit, CONSTANTINVM quidem fratribus germanorum querelam restrinxisse, & turpibus personis institutis eos tantum präferre voluisse; credit tamē germanorum appellatione venire eos, qui eodem genmine nati sunt, et si non eadem matre, idque TRIBONIAVM, vt omnis errandi causa euitaretur, bene animaduertisse & hac de causa pro germanis substituisse consanguineos, maximo, vt ait, argumento; si ad fratres ambilaterales hoc l. 1. D. Theod. de inoff. testam. pertinuerit, illum non excludetur fuisse fratres germanos, sed cum iis coniuncturum fuisse consanguineos. Inde potro colligit, fratres germanos, h. c. ex eodem patre & eadem matre natos, adhuc secundum ius antiquum admittendos esse ad querelam contra quoscunque, quod respectu horum nihil immutatum reperiatur, omnisque mutatio stricte capienda sit, præfertim cum germani prærogatiuam in successione habeant præconsanguineis. Eandem sententiam anno 1713. amplius est IOANNES VAN DE WATER lib. 1. obs. 12. nullius

la

FRA TRVM CONSANGVINEORVM. 25

LAHERTII p̄euentis facta mentione, cuius dissertatio similis argumenti forsan ipsi ignota fuit. Interim ferre iisdem argumentis vtitur, docetque antiquitus fratribus querelam concessam fuisse, quæcunque demum persona, siue honesta, siue turpis, heres fuisse scripta; nihil vero quoad germanos immutasse CONSTANTINVM, sed per germanos in l. i. C. Theod. de inoff. testam. significasse consanguineos, idque colligi posse ex clausula subiecta, agnatione durante, tantum consanguineis non germanis applicanda; omnem demum scrupulum ex-emisse TRIBONIANVM in l. cit. 27. & consanguineos tantum memorasse.

§. XVIII.

Huic sententiae communis interpretum schola re-
fragatur, cui ego etiam subscrivo. Supra obseruauit,
vsque ad tempora CONSTANTINI illibatam fuisse
obseruatam regulam, vt secundum ordinem & ius suc-
cedendi ab intestato querela locus esset, vt tamen tan-
dem ultra fratres non amplius fuerit admissa. Quia
vero omnis successio olim in iure agnationis fundata e-
rat, merito fratres germani & consanguinei ius prouersus æ-
quale in successione obtinere debebant, cum æque agna-
ti essent consanguinei ac quidem fratres germani, & vin-
culum, respectu matris diuersum, hic minime obseruari
deberet. Cum ergo æquo iure succederent germani &
consanguinei, æquali quoque iure frui debuerunt in que-
rela mouenda, quam olim quidem aduersus quoscun-
que, sed per legem CONSTANTINI demum aduersus
turpes heredes scriptos mouere poterant. Quod ergo
ius CONSTANTINVS germanis, & IUSTINIANVS con-

D

sangui-

Quinam germani dicantur.

Et consanguinei.

sanguineis dedit, illud iis prescripsit, qui eodem ex germani nati erant, non habito respectu matris. Dicuntur vtique fratres germani etiam hi, qui eodem patre, licet diuersa matre, nati sunt, verum non tantum, sed illi etiam, qui eadem matre nati sunt. Similiter fratres consanguinei etiam vocantur, qui eodem patre nati sunt, siue eandem siue diuersam matrem habuerint. Docet hoc ipsum euidenter IVSTINIANVS in §. 1. I. de legitim. agnat. success. his verbis: Itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui & CONSANGUINEI vocantur: nec requiritur an etiam eandem matrem habeant. Similiter CAIVS lib. 2. insit. tit. 8. §. 3. consanguineos vocat de uno patre natos, & VLPIANVS tit. 26. idem confirmat: si sui heredes non sunt ad consanguineos, i. e. fratres & sorores ex eodem patre. Nec minus PAVLVS lib. IV. sent. tit. 8. §. 17. Consanguinei sunt, ait, eodem patre nati, licet diuersis matribus. Promiscue ergo in iure germani & consanguinei appellantur, & sicuti recte eodem patre nati, fratres recte dicuntur consanguinei, qui patrem & matrem communem habent. Neque enim vinculi materni ratio habebatur, vbi solius agnationis seu consanguinitatis ius successionem ordinabat, adeoque hoc intuitu fratres agnati vocabantur germani & consanguinei, non habitare ratione matris. Quin quod aliquando coniungantur maioris certitudinis gratia, vt in §. 4. I. de legit. agnat. success. ibi: sed etiam germanae consanguineae, vel sororis veteris filius & filia. Quæ cum ita sint, facile liquet, nec CONSTANTINVM tantum de iis germanis, nec TRIBONIANVM in l. 27. cir. duntaxat de iis fratribus consanguineis,

sanguineis, qui diuersas habent matrēs, intelligi posse, cum idem prædicatum fratribus bilateralibus etiam competit, & eadem ratio eo tempore adhuc fuerit in fratribus sive uno tantum sive duplii vinculo iuncti fuerint. Neque enim ea prærogatiua, quam HERTIVS vrget, huc referri potest, quæ demum per nou. u8. introducta est, quippe quæ eo tempore adhuc ignota & extra praxin constituta fuit. Neque denique clausula *durante agnatione*, quam VAN DE WATER in suas trahit partes, solis *consanguineis*, diuersa matre natis, applicari potest, sed fratribus *agnatis* communis est, atque tempore CONSTANTINI etiam in *germanis* stricte dictis locum inueniebat, si emancipi esissent, quippe quo aëtu *agnatio* perimebatur. Breuiter: *consanguinei* cum *germanis*, quatenus stricte distinguuntur eo tempore adhuc Paria iura in successione & querela mouenda habebant.

§. XIX.

Neque vero IVSTINIANVS discrimen aliquod eo tempore introducere potuit, quo constitutionem Tempore pri-
mi codicis Iu-
stinianus non
potuit non v-
terinos exclu-
dere. CONSTANTINI codici suo primo, anno 528. publicata, insereret, cum vniuersa succedendi ratio adhuc a foro vterinos ab hac querela remouerit, cum vterini iure *agnationis* dependeret, & hinc est, quod fratres & eo tempore nondum concurrerent ad successionem, quo *codex iustinianus* publicaretur. Qua de causa, cum institutiones demum ex hoc codice sint interpretandæ, etiam §. 1. *I. de inoff. testam.* secundum *L. cit. 27.* intelligendam esse concludunt interpretes de fratribus & sororibus germanis seu consanguineis, non vterinis, præfertim cum ad *constitutiones sacras* prouocet, quæ vterini

nas excludunt, quam sententiam paulo post examinabo.

§. XX.

*Tribonianus
in immutan-
dis iuribus
varias indu-
xit difficulta-
tes.*

Non tamen semper sui memor fuit TRIBONIA-
NVS: prout hominibus, ad quæuis immutanda, corri-
genda & putatiue emendanda pronis, contingere solet.
Talem enim TRIBONIANVM fuisse, ipse PROCOPIVS
de bello perf. indicat, asseritque apud ipsum iura fuisse even-
tia, & nundinationi legum deditum quotidie pretio refixisse alias,
alias fixisse, prout erat & ius desiderantium. Proinde meo
iudicio haud errauit FRANCISCVS BALDVINVS, faci-
nora TRIBONIANI in legibus immutandis exhibita his
depingens verbis: *Vbi ius dare, dicereque serio voluit, re-
petitum ex antiquis legum tabulis & prudentum Romanorum
commentariis, neque illarum neque harum acumen peruidit
semper: & sententiam aliquando parum assecutus esse vide-
tur. Quid dicam de audacia atque etiam inconstantia in ve-
terum legum verbis immutandis? quid de ea (vt breue faci-
am) confusione, qua tanquam malus coquus multa iura mi-
scuisse dicitur. Vera haec esse, quæ BALDVINVS de in-
constantissimi hominis moribus adulit, vel ex hac do-
ctrina de fratum querela inofficiosi colligere licet, in
qua insigne confusionis specimen edidit.*

§. XXI.

*Poſtea admi-
ſit etiam ad
ſucceſſionem
Tribonianus
cum fratri-
bus germanis
viterinos.*

Videlicet voluisse TRIBONIANVM principiis iu-
ris veteris infistere, cum codicem iſtinianeum publicaret,
vel inde manifestum redditur, quod constitutionem
CONSTANTINI in quibusdam secundum iura recen-
tiora immutauerit, eamque ad legem ANASTASII ad-
aptauerit, qua fratres emancipati a ſucceſſione haud re-
pulli

pulsi fuere. Post primum hunc codicem ipsimet **T R I -**
BONIANVS circa successionem plura innouauit, & im-
primitis fratres vterinos eorumque liberos ad successionem
cum germanis eorumque liberis admisit. Edita est haec
constitutio anno 532. & sic eo tempore, quo nequidem
institutiones publicatae erant, quae denum anno 533, lu-
cem aspexerunt. Vnde non mirandum, quod institutio-
nibus non tantum, sed etiam codici repetitae præelectionis
qui anno 534. promulgatus est, haec noua constitutio de
successione vterinorum inserta fuerit, vid. §. 4. I. de success.
agn. legit. & I. 14. §. 1. C. de legit. hered. Ita vero edixit Im-
perator: etiam unum gradum pietatis intuitu transferri a
iure cognitionis in legitimam volumus successionem: vi non
solum fratris filius & filia ad successionem patrui sui vocen-
tur, sed etiam germani consanguineæ vel sororis vterinæ fi-
lius & filia soli — scilicet ubi frater & soror superstites
non sunt. Quodsi hi superstites erant, fratrum so-
rorumque liberi haud succedebant, neque enim iure an-
tiquo ius representationis obtinebat; teste **CAIO lib. 2. in-**
sit. tit. 8. s. 6. Ceterum verba ultima dictæ constitutio-
nis: scilicet ubi frater & soror superstites non sunt, intelli-
genda secundum antecedentem dispositionem. Quodsi
enim filius vterinæ sororis ex gradu cognatorum ad gra-
dum agnationis translatus est, & sororem ipsam i. e.
dum transferri necessum est, ut recte rationes subdu-
catur, quæ gradu præcedit filium, ad eundum gra-
duum transferri necessum est, Ipse imperator postea anno 534.
cit **A COSTA ad §. cit. 4.** Ipse imperator postea anno 534.
int. f. §. 2. C. de legit. hered. hunc intellectum constitu-
tioni precedenti, dedit, & ita sanciuit: sed nec fratrem
vel sororem vterinos concedimus in cognitionis loco relinqui;

cum enim tam proximo gradu sunt, merito eos sine illa differ-
entia, tanquam sⁱ consanguinei fuerant, cum legitimis fra-
tribus & sororibus vocando esse sanctimus.

§. XXII.

Nec tamen
expressē que-
relam fra-
trum nd hoc
nouum ius ac-
commodauit.

Quæ cum ita sint, merito magnopere demiran-
dum est, post has constitutiones fratres fororesque vte-
rinos adhuc exclusos fuisse a querela iuofficiosi, nec
TRIBONIANVM legem CONSTANTINI, quam alias
in aliis immutauit, ad hæc noua iura expressis verbis, vt
omne dubium tolleretur, accommodasse. Serio enim
ipsem doctrinam iuris veteris in admittenda querela
afferuerunt & obseruauit, quod indicat clausula: *agnatio-*
no durante vel non. Et nihilominus tamen, postquam
vterinos fratres fororesque consanguineis in successione
exæquauit, discrimen antiquum inter vterinos & consan-
guineos in querela non sustulit, sed incaute constitutio-
nem CONSTANTINI, iam in codice primo Iustinianeo
quodammodo immutatum, in codice repetita pra-
lectionis repetit, antiquumque discrimen retulit. Quan-
tum ego quidem auguror, TRIBONIANVS, cum hæc
iura noua conderet, & vterinos cum consanguineis exæ-
quaret, non videtur memor fuisse constitutionis Con-
stantinianæ, prout fieri solet his, quibus animus varie-
tate rerum est distractus secundum vulgatum illud:

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
Emendauit quidem in plurimis codicem primum, ad-
modum informem, & multa confusione & contradic-
tione refertum. Enimvero plura adhucinemenda
reliquit, quæ corrigi & emendari necessario debuere,
cum ipsius & sociorum eius vires facultatesque huic ne-
gotio

gotio non sufficerent. Aut ergo afferendum est, TRI-
 BONIANVM prorsus corrupisse & adulterasse doctri-
 nam de ordine & iure mouendæ querelæ, a qua confu-
 sione tamen se alienum esse, ipse <sup>Primum tacite
& per confe-
quentiam.</sup> met declarauit in saepe-
 adducta clausula: *durante agnatione vel non:* aut vero di-
 cendum, legem CONSTANTINI, ex mente ipsius im-
 peratoris, ad noua hæc iuræ, quibus exæquatio consan-
 guineorum & vterinorum facta est, per necessariam con-
 sequentiam accommodandam esse sicuti ipse TRIBO-
 NIANS eam ad legem ANASTASII accommodauit,
 id quod probabilius est. Ex hac forsan ratione in §. I,
I. de inoff. testam. generatim fratres & sorores ad hanc
 querelam admisit imperator, quod nullum eo tempore
 supereret discriumen inter consanguineos & vterinos, & ad
 sacras constitutiones prouocauit, quæ non tantum *I. 27. C. d.*
inoff. testam. sed etiam *I. pen.* & *vlt.* *C. de legit. hered.* si-
 gnificant, cum si tantum *cit. I. 27.* iutellexisset, vel vni-
 us tantum constitutionis, pro more, mentionem fecis-
 set. Neque vero inde argumentum solidum & strin-
 gens desumi potest, quod constitutionem CONSTAN-
 TINI in Codice secundo haud expresse correxerit, &
 ad iura nouiter eidem inserta accommodauerit; id e-
 nem per incuriam factum fuisse negari nequit. Acce-
 dit, etiam in codice leges posteriores corrigerem priores,
 ut sic *chronologie* legum accurata habenda sit ratio. Hoc
 qui negare vel in dubium vocare ausus fuerit, eum ad
 doctrinam de *usucapione* & *præscriptione longi temporis* ab-
 legamus, in qua vsque ad IVSTINIANI tempora insi-
 gnis iurium obseruata est diuersitas, que tamen postea
 a IVSTINIANO sunt exæquata. vid. *I. vn.* *C. de trans-*
form.

form. vsucap. Et tamen tot constitutiones, antiqua discrimina referentes, in codice nostro supersunt, quæ sine summa absurditate post hanc exæquationem amplius applicari nequeunt. Plura alia specimina hanc theſin declarantia dari possent, si id necessarium esse crederem.

§. XXIII.

*In nou. n.s.
ordinem suc-
cedendi ad-
modum mu-
tanit Iustinia-
nus.*

Non vero substitui in hac iurium correctione TRIBONIANVS, sed in nou. n.s. successionem ab intestato in plurimis articulis immutauit, & fundamenta iuris veteris, in ea vſitata, quoad collaterales prorsus fustulit. Aliquoties enim obſeruatum est, successionem olim ſoli agnationi fuſſe innixam, qua deficiente, demum iure prætorio cognati vocati ſunt. Et quia per querelam inofficioſe actor id vnicē agit, vt ostendat, ſe per injuriam ſummamque iniuitatem eſſe a ſucceſſione excluſum, euidens eſt, ſecundum ordinem huius ſucceſſionis eam moueri debuiffe. 1.6. §. 1. D. de inoff. teſtam. Qui enim nullam ſuccedendi ſpem ab intestato habebat, ille nec injuriam accepiffe dici poterat, nec ſi vel maxime caſu obtinueret, fructu vitoriae ſua gaudere valebat. Hoc vero diſcriben inter agnationis & cognitionis ius fufult IVSTINIANVS in nou. n.s. c.3. & ſimil in querela fratrum non leues induxit difficultates. Videlicet quoad fratres hoc nouiter conſtituit, I) ut cum ascendentibus concurrerent, quatenus ex vtroque parente coniuncti defuncto ſuere: II) defientibus ascendentibus, primi ad hereditatem vocentur fratres & ſorores, ex eodem patre & eadem matre nati, imo & fratrum ſororumque germanorū prädefunctorum liberi iure repræfentationis: III) his quoque defientibus, demum fratres vni-

*Et imprimit
quoad fra-
tres.*

FRATRVM CONSANGVINEORVM. 33

vnilaterales h. e. qui ex uno parente coniuncti sunt defuncto
sive per patrem solum, sive per matrem, admitterentur. ad-
eoqne etiam fratum germanorum liberis tantum exi-
stentibus postponerentur: Denique IV) vt in poste-
rum omnis differentia agnatorum & cognatorum quiesce-
ret. Hoc modo insignis immutatio iurium antiquo-
rum facta. Nam a) germani & consanguinei stricte dicti,
qui olim eadem in successione iura habuere, prorsus di-
uersa acceperunt iura: b) fratum germanorum liberi
prælati sunt fratribus consanguineis defuncti, qui olim
iis postponebantur: c) olim consanguinei cum germani
parentibus præferebantur; iam vero germani qui-
dem simul cum parentibus concurrunt, sed consanguini-
nei prorsus a parentibus defuncti excluduntur: d) vte-
rini cum consanguineis exæquati sunt, quos quidem iv-
STINIANVS iam in l. f. §. 2. C. de legit. hered. exæquauit,
sed tamen in hac vouella denum post fratres germanos
eorumque liberos ad successionem vocavit.

§. XXIV.

Hac metamorphosi introducta, necessario quoque *Ordo in fra-*
trum consan-
guineorum
successione ab intestato dependent, mutari & transformari
querela simul
debuerunt. Quamuis enim IO. HENRICVS FUCHSIVS quoque muta-
tus est.
in diss. de impugnat. testam. fraterni per querel. inoff. c. II. §. 8.

E

hic

hic versemur in successione testamentaria; utriusque argumenta tamen parum ponderis habere videntur. Ad primum enim quod attinet, supra tum ex origine, tum ex progressu huius querelæ usque ad tempora IVSTINIANI ostendi, omnino validum ducendum esse argumentum a successione intestata ad hanc querelam. Huius primarium fundamentum erat, quod his, qui ab intestato succederent, iniuria facta esset per iniquam & improbabam exclusionem, l. 8. pr. D. de inoff. testam. adeoque absurdum esset, si hi de iniuria facta conqueri vellent, qui ius succedendi haud haberent. Obseruauit id accurate FRANCISCVS CONNANVS lib. 9. comm. iur. ciu. c. 9. n. 1. afferens: *Hoc tamen in omnibus ipsis generatim dicendum est, ut hanc denum habeant actionem, si ab intestato erant successuri: quod si ii, qui primo vocantur ad successionem, nolint agere, aut non possint, sit locus iis, qui secundo gradu sunt, & ita deinceps usque ad eos, quibus ius querelæ lex dedit.* Neque enim alia ratio excogitari potest, quare consanguinei cum germanis simul ad querelam olim admitti, veteri vero repulsi, quam quod illi quidem olim iure agnationis coniunctim succederent; hi vero agnatis exstantibus, nullum successionis ius, ne quidem iure prætorio, haberent. Alterum argumentum, quod SICHARDI: est, itidem robore suo destituitur. In querela vincere intenditur successio intestata, imo ipsa querela nihil aliud est, vt supra obseruavi, quam petitio hereditatis, qua petitur hereditas ab intestato, aut certiores ad causam intestatire ditura est, testamento in officioso pronunciato, vt recte ait HVG GO DONELLVS lib. XIX. c. 8. Addit vero satis notanter: *Proinde qui ordo, queue successio ab intestato inter liberos,* paren-

FRA TRVM CONSANGVINEORVM. 39

Parentes, fratres defuncti futura esset, eundem ordinem, ean-
demque successionem inter istos esse oportet ad querelam inof-
ficio mouendam, quod & placuit. Cum ergo iure nouo
ordo succedendi prorsus immutatus sit, consequens est,
vt idem quoque ordo in querela mouenda hodie obser-
uari debeat.

§. XXV.

Quodsi itaque fratrum consanguineorum ius circa Proinde 1) ho-
querelam mouendam hodie intuemur, eius causam de-
die cum pa-
teriorum factam fuisse fatendum est. Nam i) si pa- mani non con-
rentes & fratres in testamento tantum praeter meritum sanguinei
exclusi, hi quidem iure nouo simul querelam mouere
queunt, cum paria & aequalia prorsus iura in successio-
ne ab intestato habeant, modo tamen intuitu fratrum
turpes personæ fuerint scriptæ; consanguinei vero ad hanc
querelam simul concurrere non possunt, quia cum fra-
tribus germanis hodic non amplius simul succedunt. Eo
ordine enim querela datur, quo succeditur, prout edicti
successorii, quod etiam hic locum habet, postulat ratio.
vid. l. 14. & l. pr. de inoff. testam. II.) Si frater germanus 2) Germani
exheredatus est cum consanguineo, solus germanus hodie bodie exclu-
querelam mouet, quod rursus edictum successorium postu- dunt consan-
lat. LAV TERBACH de inoff. testam. §. 21. III.) Si fratrum 3) Fratrum
germanorum liberi vna cum consanguineo defuncti fratre germanorum
exclusi sunt a testatore, soli fratrum germanorum liberi liberi exclu-
ad querelam admittuntur, quia paria cum germanis iura guineos.
in successione acceperunt, & ptæterea consanguineis præ-
feruntur. Iure veteri id minime admissum fuisse noui.
Expresse in l. 21. C. de inoff. testam. dicitur: fratribus vel sorori-
bus filii testamentum in officio frustra dicunt. Enimue-

ro dispositio hæc antiquum succedendi ordinem præ-supponit, quo fratrum liberi cum fratribus defuncti haud admittebantur, imo consanguineis illi postponebantur. Iam vero ordo immutatus est, & fratrum germanorum liberi consanguineis prælati, adeoque sicuti illi paria cum fratribus germanis acceperunt iura in successione, pari iure quoque admitti debent ad querelam. Ni enim ad iura noua ordinem querelam mouendi accommodaueris, male cohærentem iuris prudentiam effeceris. Finge scripsisse aliquem in suo testamento turpem personam heredem, exheredasse vero fratrum germanorum liberos & consanguineum immerentes, neuter sane querelam mouebit, si iuri antiquo insistere velis. Neque enim fratrum liberi agere possunt, quibus denegata est iure veteri querela per l. 21. cit. multo minus consanguinei, qui quidem admitti possent per l. 27. C. de inoff. testam. verum fratrum liberi eis obsistunt, qui eos a successione excludent. Quicunque autem, ait LAVTERBACH ad iur. de inoff. testam. §. 21. aliquem excludit a successione, eriam excludit illum a querela. Fac enim, consanguineum egisse & testamentum rescidisse, inaniter & frustra egit, quia ipsi victoria prodeesse non posset, sed iis qui ab intestato succedere possent, quia intestatum patrem familias fecisset l. 6. §. 1. d. inoff. testam.

An consanguinei bodie adhuc querelam habeant.

§. XXVI. Denique IV. si soli consanguinei & vterini adsunt, a defuneto vero exclusi, grauior ratio dubitandi exsurgit: a) vtrum adhuc hodie consanguinei admitti debeant? b) si admittendi, vtrum soli, an vero cum iis vterini? y) si soli admittendi, vtrum victoria consanguineorum vterinis profit, ut simul ab intestato succedant? Primum quod attinet membrum, contra consanguinos pugnare videtur, quod olim ideo cum

F R A T R V M C O N S A N G V I N E O R V M . 37

cum germanis admissi fuerint ad querelam, quia paria cum iis iura succedendi habebant consanguinei. Immutato vero hoc iure, & consanguineis post fratum germanorum liberos collocatis, querelam quoque amisissae videntur, praesertim cum exequati sint iure nouo veterinis, quibus querela denegata est. Verum nihilominus consanguineis ius saluum mansisse autumo. Generatim constitutum est, querelam fratribus & sororibus concedendam l. 5. l. 21. l. 27. C. de inofficiale, praeter illos vero neminem eorum, qui ex transuersa linea veniunt audiendum esse. Quamuis itaque, post fratres germanos eorumque liberos in successione collocati sint, ius querelam mouendi tamen retineri potuerunt, modo fratum liberos simul ad querelam admittamus, prout antea demonstrauimus. His enim exclusis, non possunt amplius consanguinei ad querelam admitti, cum admodum inconveniens sit priorem in successione a querela arceri, & sequentem demum admitti, quod iuriis ratio non permittit. Et tamen hanc inconvenientiam probat L A V T E R B. ad ius de inofficiale, §. 21, & plura circa adstruit. Negat fratum germanorum liberos ad querelam iure nouo admittendos; consanguineos tamen adhuc admittit; rursus tamen negat, hos cum germanis coniunctim iure nouo agere de inofficio posse, ex hac ratione, quod quicunque aliquem excludit a successione ab integrato, etiam illum a querela excludat. Ita vero in propria sequitur viscera; cum enim fratum germanorum liberi successione consanguineos excludant, merito quoque eosdem arcere a querela debent, ut antea iam obseruauit. Si ergo hodie fratum germanorum liberos, in successione priores, excludis a querela, simul repellis consanguineos, in successione posteriores, si vero, prout ratio iuris noui poscit, eos querela quoque participes facis fratum consanguineorum iura quoque illibata conseruas. Sed reuerentia iuris veteris adeo plerorumque occupauit animos, ut malint absurdorum cumulum augere, quam cohaerentem tradere iuris prudentiam.

S. XXVII.

Verum uteris.
ni bodie ad
querelam
cum consan-
guinis ad-
mitti possint.

S. XXVII. Alterum membrū quod concernit, vierinos cum consanguineis simul ad querelam admittendos esse censet HOTTO MANNVS disp. de quarta legiimaria c. 2 §. 13. (quaer. tom. I. oper. eius p. 636. exstat) ex hac ratione, quod quia IVSTITIANVS in nou. iug. eam differentiā vierinorum in successione ab intestato sustulerit, probabilius sit, eam hoc casu quoque sublatam esse. Nam olim etiam Azo ad tit. C. de inoff. testam. n. 13. hanc sententiam amplexus videatur; præmisso enim iure veteri de exclusione vierinorum subiungit: *Hodie forte non distinguuntur consanguinei ab uterinis.* Nec alienus ab hac sententia videtur DONELLVS cit. I. vbi ordinem successorii editi format secundum ius nouum, eumque ad querelam mouendam applicat. Neque enim hodie ad ius antiquum amplius prouocari potest, quod ideo excludebat vierinos, quia prorsus non succedebant, nisi deficientibus omnibus agnatis iure pretorio. His vero iure nouo cum consanguineis ex quatuor, idem ius quoque quoad mouendam querelam habere deberent, sicuti olim quoque consanguinei cum germanis ideo idem ius in mouenda querela inofficiosi habebant, quod pari iure ab intestato succederent. Qua de causa quoque idem dicendum arbitror, si soli tantum vierini adsunt, quia iure nouo iure consanguineorum frui debent, sublato illo discrimine, quod olim ius antiquum ex ratione agnationis inter consanguineos & vierinos induxerat. Hæc si uera sunt, ut omnino sunt, a tertia quæstione eo facilius abstinere possumus, quæ iam otiosa est, & per se cessat. Equidem plerosque interpretes huic secundum ius nouum efformata dispositione reclamare noui; noui tamen etiam, veritatem non ex auctoritate docentium sed ponderibus rationum estimandam esse. Proinde antequam riuos claudam, dissentientibus generatim illud CICERO NIS lib. I. de legib. commendabo: *an tu is es qui in disputando non iuum indicium sequor, sed auctoritati alterum pareas?* & ita sedato animo, finem huic meditationi impono.

S. D. G.

ULB Halle
003 133 117

3



Distro ✓



DISSEMINATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
QVERELA
IN OFFICIOSI FRA-
TRVM CONSANGVI
NEORVM

QVAM
IN BVLTV INCLYTAE FACVLTATIS IVRIDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA,
PRAE SIDE

D.N. IVST. HENNING. BÖHMER. O. IC.
POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSILIIS INTIMIS
PROF. IVR. ORD.
PATRONO SVO OMNI ANIMI SUBMISSIONE COLENDO
PRO LICENTIA

Summos in vtroque iure obtinendi honores, & priuilegia
DOCTORALIA

D. IANVAR. MDCCXXI.
H. L. Q. C.
eruditorum examini submittit

M. IOANNES PAVLVS *Türce,*
ALTENBURGENSIS

HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.